



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui per amorem venesici fiunt. ciiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

pœniteat. Si non habuerit vnde reddat, annum vnum pœniteat. Si laicus per dolum sanguinem effuderit, reddat illi tantum quantum nocuit: & si non habet vnde reddat, soluat in opera proximi sui, quādiu ille infirmus est, & postea XL. dies in pane & aqua pœniteat.

De eadem re.

Cap.

C II.

*Ex pœni-
tentiālē Be
dæ pres-
byteri.*

V. I. iētūm proximo dederit, & non nocuerit, tētē dies pœniteat in pane & aqua. Si clericus, annum vel dimidium. Si quis alicui quodlibet membrū voluntate sua truncauerit, tres annos pœniteat, vnum ex his in pane & aqua. Paruuli inuicem se percutiētes, tres dies. Si verò adolescentes, XX. dies pœniteant.

*De illis qui ducatum præstant, & deprædatores su-
per Christianos ducunt.*

Cap. C III.

*Ex pœni-
tentiālē*

*S*i quis præbet ducatum super Christianos ut depræden-
tialē tur. & non acciderit strages Christianorum, tres annos
Romano. pœniteat. Sin verò, eiectis armis, usque ad mortem mundo
mortuus viuat.

De illis qui per amorem benefici fūnt.

Cap. C IIII.

*Ex pœni-
tentiālē*

*S*i quis per amorem beneficuſ fit, & neminem perdi-
debat. Si clericus est, annum pœniteat, in pane & aqua. Si
Theodo- subdiaconus, duo. Si diaconus, tres, vnum ex his in pane &
ri. aqua, & laicus dimidium annum pœniteat, maximè si per
hoc mulieris partū quisque deceperit, tres annos unusquisque
superaugeat in pane & aqua, ne homicidiis reus sit.

*De illis qui hæreticis, nescientes, vel scientes se in
aliquibus commiscerint.*

Cap. C V.

*Ex decr.
euthyphia.
papæ.*

*S*i quis dederit, aut exceperit communionem de manu
hæretici, & nescit quod catholica Ecclesia contradicit,
postea intelligens: annum integrum pœniteat. Si autem
scit, & neglexerit, & postea pœnitētiā egerit, decem an-
nos pœniteat, alii iudicant septem: & humanius V. annos
pœniteat. Si quis permiserit hæreticum Missam suam cele-
brare in Ecclesia catholica, & nescit, XL. dies pœniteat. Si
pro reuerentia eius, annum integrum pœniteat. Si pro di-
natione Ecclesiae catholicae, & cōsuetudine Romanorum
proiiciatur ab Ecclesia sicut hæreticus, nisi habeat pœni-
tentia, si habuerit, X. annos pœniteat. Si recesserit ab Ec-
clesia catholica in cōgregationem hæreticorum, & alio-